



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

29. De S. Eucharistia, quæ à terra suapte virtute sublimata, per aera ferebatur in altare, ibidemq[ue] in specie venustissimi pueri apparuit, ac deinde in faciem Christi spineam habentis coronam, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

rem suum pedibus eius aduoluta est. Ingenter per Ecclesiam attollitur clamor, omnis ætas inuolat Deo, personant æramenta, benedicuntur ab omnibus Deus, excedit veneratio modum, & seruum Dei supra hominem (si dici fas est) liquefacta charitate ciuitas veneratur.

Thomas à Cantiprato lib. de apibus cap. 63. qui vixit anno 1267 De S. Euchristia, que à terra suaapte virtute sublimata per æra feruatur in altare. ibidemq; in specie venustissimi pueri apparuit ac deinde in faciem Christi spineam habentis coronam, & crucentatam iransformata est.

CAP. XXI X.

Oppidum Duacése amplum & magnum est inter Cameracum & Atrebatum nobilissimas ciuitates. Hic in Ecclesia Canonorum sancti Amati Episcopi cum sacerdos in Pascha communicato populo corpus Christi super terram stupidus inuenisset, genibus flexis eleuare tentasset, mox per se in aëra sublimatum, panniculo, quo consecratus digitos sacerdos detergere solet, inhæsit. Clamans igitur sacerdos, canonicos vocat, accurrunt illi, spectant in panno corpus viuificum in specie faciei venustissimi pueri, & mox conuocato populo ad spectaculum, præsentatur, & indifferenter nulli tanta cœlitus visus denegatur. Hæc cum audissem, fama vulgante, veni in oppidum, quod prædixi, accessi ad Duacanam Ecclesiam, cui optimè notus eram, peti videre

videre miraculum: annuit ille, præcepit ut fieret, aperta est theca, concurrunt populus, moxque ubi pixis reuoluitur, clamant omnes: ecce iam video, ecce conspicio Salvatorem. Stabant ego attoniti, nihil videns, nisi tantum speciem panis albilissimi, nihil quidem mihi conscius, quare corpus sacrosanctum in specie pueri cum cæteris non viderem. Nec diu cum ista mecum voluerem, ecce vidi faciem in mensuram ætatis plenitudinis Christi, spineam habentem coronam in capite, & duas guttas sanguinis de fronte ex utraque parte nasi descendentes.

Thomas Waldensis lib. contra Ioannem Wiclephum. Contigit circa annum 1384 de quodam sartore qui nolens reuerentiam exhibere S. Eucharistia ait araneam reuerentia digniorem. moxq; de alto culmine tecti, ingens & horrida visu aranea ad os blasphemi directo filo peruenit.

CAP. XXX.

Historiam refero, quam ego præsens vidi oculis carnis meæ, in cathedrali Ecclesia sancti Pauli Londini, ubi Venerandus Cantuariensis Antistes foelicis recordationis Thomas Arundelius, filius & frater comitum, pro loco iudicij (assistentibus sibi Noruicensis Ecclesiæ tunc Præsule Alexandro & alijs) residens Episcopali sede, verba quædam, & interrogationes proponebat de fide Eucharistiæ, ad quendam sartorem de parti-

D a bus